

ceri inclusus, ; tùm de *Pseudoprophetarum* mendaciis, quibus popu-
lum nequissimè seduxerint attestante jam eventu. (4) Depravatio
carceris iniqui & periculosi. Monemur hìc exemplo Prophetæ
licere homini Christiano protestari de injuria sibi illata, pia ac ra-
tione legitima; id quod ἐλεγκτικῶς obvertendum *Anabaptistis*.

Genus Mitigationis duas complectitur *species*: Una est *commu-
tatio carceris* interioris cum vestibulo: altera *torta panis* ad su-
stentationem in singulos dies è vico pistoris. Equâ circumstantiâ
colligere licet, *Hierosolymis* Pastores, sicut & alios ejusdem generis
vel familiæ opifices in eodem vico simul habitasse; quod &
ipsum ad Rempublicam benè constitutam pertinet. Redit hìc
L. C. de *Mitigatione Calamitatumpiorum*, quæ iis consolationi esse
etiam potest & debet.

Ἀξιωματόμωνα.

1. τὰ λεξικά.

1. Auxiliares copiae Ægyptiorum. 2. Porta Benjamitica. 3.
Prophetæ Carcer. 4. Torta panis. 5. Vicus pistorum.

2. τὰ γεωμικά.

Observentur vs. 15. & 21.

3. τὰ δημογραφικά.

Duæ conciones habeantur ex hoc capite: Una ex priori; al-
tera ex posteriori ejus parte.

Historia de persecutione Prophetæ pertinet ad *Dom. Exaudi*.

CAPUT XXXIIIX.

Continuatio.

Tela narrationis historice proximo capite texti cœpta in hoc
capite filo styloq; continuò pertexitur.

Argumentum Capitis.

Complectitur enim & ipsam *Narrationem historicam* de *Je-
remiæ persecutione* & colloquio cum Rege. Caput igitur istud in gene-
re est διηγητικόν s. *narrativum* ἢ *ιστορικόν*; in specie verò συζητητικόν.

Partitio Capitis.

Partes ejus primariae duæ sunt. In (1) Prophetæ persecutio
descri-